



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Instructorii Conscientiæ R. P. F. Lvdovici Lopez Ordinis Prædicatorvm ...**

In qua reliquæ materiæ quæ ad Instructionem Conscientiæ pertinent ex  
Orthodoxis Ecclesiæ iudiciis & scholasticorum Theologorum, tum  
Iurisconsultorum resolutionibus scitu perutiles latè & copiosè disputantur

**López, Luys**

**Lvgdvni, 1588**

Admonitio Ad Lectorem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41259**



# ADMONITIO

AD LECTOREM.

**D**ELECTANTVR multi in locorum  
communiū congerēdis copiis, quorum  
studium vt laudabile, ita & summo-  
pere necessarium commendatur, sed  
diueris diutrahuntur affectibus, quidam enim ita  
sibi confidunt ex hac locorum promptitudine, vt  
grauissimorum authorum lectionem negligunt, il-  
ludque tantum curent quod memoriæ inuanda ra-  
tionem præbeat & si quando illos à numeri peritia  
excidere contingat, vix de materia ad dicen-  
dum proposita quidquam decidere possunt, nisi  
prius ingentes voluminum acervos reuoluant.  
Idcirco Castrensis in l. Clodius. circa finem de ac-  
quirenda hæreditat. miserimi ingenij eos esse pu-  
tabat qui non nisi inuenta lege aut decisione pro-  
positas quæstiones nossent definire. Est aliud stu-  
diosorum genus qui ab ipsa prima libri pagina le-  
ctionem fastidiant quod ab eorum iudicio aliena  
sint ea tamen maximè curant quæ Terentianum  
Thrasonem imitatur aut varios fumos pollicentur  
cum intus nihil præsent. Optimorum authorum  
libri Plutarchi consilio aduersus stoicos *ἐκ πρῶτου  
καὶ ἀρχῆς ἀρχῆς καὶ πρῶτου*, id est, ab ingressu & initio  
vsque ad coronidem legendi sunt, antequam in his  
feratur sententia. Vt ergo Lopæsiæ Lectio te ci-

tius ad eius amplectenda pia munera facilius all-  
ciat nos veluti in tabula eius preciosas merces o-  
stendimus hoc dilucido Elencho quem cum nume-  
ro, partium capitum & foliorum tibi subiicimus,  
Sed ne inextricabili veluti locorum laberintho tei-  
psum inuoluas, profusiore rerum & materialium  
serie poteris ad ampliorem & copiosorem indi-  
cem confugere vltimum videlicet quem auctoris  
cura & perspicaci ingenio concinnatum retulimus,  
in quo nihil immutatum est, nihil adactum, quod  
tuum desiderium remorari possit. Et ne impensius  
aut cum fastidio quædam conquerendi daretur  
ocasio, illius prolixitati hac breuitate  
consulimus, & huius obscuriorem  
fortassis ordinem ditio-  
& vberiore rerum om-  
nium farragine  
compensa-  
mus.